DECRETA NOVISSIMA

Sacræ Rituum Congregationis

Seruanda in Cauſis Beatificationum, & Canonizationum Sanctorum.

Edita iuſſu

SANCTISSIMI D. N.

INNOCENTII XI.

Et ab eodem laudata, confirmata, & approbata.

ACCEDVNT ETIAM

Taxæ pro Aduocatis, Procuratoribus, & Notario ab eadem Sacra Congregatione factæ, & à Sanctiſſimo confirmatæ.



ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apoſtolicæ, MDCLXXVIII.

Digitized by Google

SAnctiſſimus D. N. Innocentius XI. prouidè conſiderans, quòd in tota Eccleſiæ gubernatione nihil maius, aut grauius ſit, quàm homines declarare pro Sanctis, eoſque vti tales colendos, & venerandos decernere, & perpendens, quòd licet fel. rec. Vrbanus de conſilio Congregationis Sanctiſſimę Inquiſitionis nonnulla ſuper hoc ediderit Decreta, ſubindèque Sac. Rituum Congregatio alias ordinationes fecerit ſecundum caſuum contigentias à Summis Pontificibus approbatas, nihilominùs experientia docuit, quòd adhuc nonnulla deſideratur pro meliori cauſarum huiuſmodi directione. Idcircò iuſſit materiam diligentèr diſcuti, primùm in Congregationibus particularibus, deindè verò in generalibus, prout factum fuit, & ſub diebus *9.* Iulij, & *6.* Auguſti *1678.* emanarunt reſolutiones ſequentes, ſi eidem Sanctiſſimo placuerit publicandæ.

Primò. Animaduertens eadem Sacra Congregatio, quòd neceſſarium ſit, vt Proceſſus authoritate Ordinaria fabricandi conficiantur cum maxima diligentia, cenſuit mandari Ordinarij locorum, vt vltrà Teſtes inductos à Poſtulatoribus, teneantur ipſi quoque inquirere, ac examinare alios Teſtes benè inſtructos ſuper vita, & moribus Serui Dei, & ſi aliquid repererint in contrarium, quod ipſis videatur releuans, ſuperſedeant in vlteriori inquiſitione, donec Sacra Congregatio ab ei certiorata per litteras, mandet quid agendum ſit.

Secundò. Huiuſmodi diligentias ſeruari vult etiam in Proceſſibus authoritatè Apoſtolica faciendis à Iudicibus delegatis, quibus per litteras particulares Sacræ Congregationis enixè commendari debeat: Et idem faciat Promotor Fidei in litteris ſcribendis Subpromotoribus.

Tertiò. Et pro maiori cautela præſcribi debeat in litteris remiſſorialibus, quòd non ſolùm Interrogatoria retineantur ſemper clauſa, & ſigillata cum ſigillis eorumdem Iudicum: non aperienda niſi in actu examinis, & claudenda in fine, ſed vlteriùs depoſitiones ipſæ, antequàm Proceſſus ſit abſolutus, in fine cuiuslibet ſeſſionis claudi, & ſignari debeant cum ſigillis Iudicum, nec poſſint aperiri, niſi in præſentia ipſorum in principio cuiuslibet examinis, & ſeſſionis, ac huiuſmodi

Digitized by Google

diligentiæ fieri debeant etiam in Proceſſibus fabricandis in Curia. Ijdemque Iudices, prout etiam Subpromotoris, & Notarij, tàm in partibus, quàm in Curia, ac Teſtes, & in Curia etiam Prothonotarius, debeant ante inchoationem Proceſſuum præſtare iuramentum de ſeruando ſecretum religiosè ſub pœna excommunicationis ipſo facto in caſum contrauentionis incurrendæ iuxta formulam eiuſdem iuramenti imprimendam in fine Decretorum, & pro omnimoda obſeruantia tranſmittendam Iudicibus delegatis in ipſis litteris remiſſorialibus, & Subpromotoribus in litteris Promotoris.

Quartò. Conſiderans quoque Sacra Congregatio, quòd principale fundamentum in cauſis Beatificationum, & Canonizationum conſtitui debet in fideli interpetatione Proceſſuum extero idiomate confectorum, & quod licet ex laudabili obſeruantia Interpres ſemper fuerit electus ab Eminentiſſimo Ponente, citato, & audito Reuerendo Padre Fidei Promotore; nihilominùs ſuper hoc Decreta generalia nihil diſponunt. Idcircò decreuit, quòd in poſterum in qualibet cauſa Interpres eligatur ab Eminentiſſimo Cardinali Ponente, citato, & audito Reuerendo Patre Fidei Promotore, & pro majori cautela, poſtquam interpretatio fuerit facta, reuideatur ab aliquo Viro probo, & Perito, qui ſecretè ad hoc officium aſſumatur ab eodem Eminentiſſimo Ponente, & ſi reperiatur aliquis error ſubſtantialis, Interpres ſeuerè puniatur arbitrio Sacræ Congregationis, per quem Eminentiſſimum deferri debeat tàm Interpreti, quàm Reuiſori iuramentum de fideliter ſibi munus commiſſum adimplendo, quibus etiam eadem Sacra Congregatio aſſignauit mercedem pro ſuis laboribus, nempè carolenum vnum pro quolibet folio reducto, itavt facies ſit linearum 24. & linea ſyllabarum 16.

Quintò. Aduertens etiam quàm neceſſaria ſit diligens cuſtodia Proceſſuum originalium, decreuit, quod ij, ſicuti etiam interpretationes originales illorum, qui ſunt extero idiomate confecti, retineri debeant in Archiuio Sacræ Congregationis in Vaticano in loco clauſo, & ſeparato ab alijs ſcripturis, nec poſſint amoueri, niſi de ordine Eminentiſſimi Cardinalis Ponentis, vel ad inſtantiam R. P. Promotoris ad effectum videndi, quatenùs opus ſit, & deindè reportandi, cuius Archiui

duæ

Digitized by Google

duæ ſint claues, vna penes Prothonotarium Apoſtolicum, qui pro tempore interuenerint Sacræ Congregationi, & altera penès Secretarium, & clauis loci, in quo cuſtodiuntur dicti Proceſſus, ſtet penès eundem Prothonotarium, alterius verò, in quo retinentur aliæ ſcripturæ Sac. Congregationis penès Secretarium.

Sextò. Idemque Prothonotarius curam habeat reuidendi Inuentarium dictorum Proceſſuum, & quatenùs non adeſſet, illud diligentèr fieri mandet cum quatuor copijs, quarum vna ſtet penès eundem Prothonotarium, altera penès Promotorem, altera penès Secretarium, & quarta in eodem Archiuo, & in fine anni ijdem Prothonotarius, Promotor, & Secretarius reuidere debeant dictum Inuentarium, & conferre cum Proceſſibus, ad effectum recognoſcendi, an aliquid deficiat & curandi, vt reportentur, & Secretarius referat in prima ſequenti Congregatione.

Septimò. Cùm pluriès dubitatum fuerit circa intelligentiam Decretorum pag. 18. quòd non prius Sedes Apoſtolica moueri ſoleat, quàm Reges, Principes, & aliæ perſonæ authenticę, & honeſtæ inſtantèr ſupplicauerint Summo Pontifici, & tunc etiam non ſtatìm, ſed expectare, quòd diù pulſetur, nam ſi perdurabunt miracula, & Supplicantium inſtantiæ, tunc Summus Pontifex, ſi ei videbitur committit cauſam Sacræ Congregationi. Ideò, ſi ità Sanctiſſimo viſum fuerit, cenſuit eadem Sac. Congregatio commiſſionem non eſſe ſignandam niſi poſt elapſum tempus decem annorum à die præſentationis Proceſſus authoritate Ordinaria fabricati, & cum præcedenti rigoroſa diſcuſſione eiuſdem Proceſſus, cum Scriptura, & Summario, inſuper habitis poſt decennium à die fabricationis illius nouis litteris Epicoporum circà percrebreſcentiam famæ ſanctitatis, & miraculorum, ac deuotionis Populi enixè pro Beatificatione, & Canonizatione Inſtantis. Niſi tamen in aliqua cauſa ex peculiaribus circumſtantijs Sac. Congregatio exiſtimauerint anticipari poſſe tempus in diſcuſſione proceſſuum authoritate Ordinaria confectorum, & Sanctiſſimus hoc approbauerit.

Octauò. In cauſis Seruorùm Dei ante Decreta fel. rec. Vrbani Octaui introductis non ſignentur commiſſiones reaſſumptio-

 nis

Digitized by Google

nis, niſi priùs per Sac. Congregationem examinatis Proceſſibus, tàm authoritate Ordinaria cofectis, quàm authoritate Apoſtoſtolica, quatenùs adſint.

Nonò. Cùm in Decreto approbato à fel. rec. Vrbani VIII. die 12. Martij 1631. impreſſo in libello pag. 57. Sacra Congregatio cognoſcens, quòd in hac re, vtpotè grauiſſima, ritè, ſanctèque procedendum eſt, prohibuerit omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tàm Secularibus, quàm Regularibus quantumuis ſpeciali nota dignis, ne audeant per ſe, vel per alios capere informationes ſuper ſanctitate, aut miraculis alicuius, nec vllo modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum extrauidiciales teſtificationes, aut ſubſcriptiones, ſub pœnis arbitrio ipſius Sac. Congregationis infligendis, illud confirmando iuſſit, quod huiuſmodi extraiudiciales atteſtationes non ſolùm exquiri, aut obtineri non valeant, ſed rurſùs quod hactenùs obtentæ, ſiuè in futurum obtinendæ, non faciant aliquem gradum probationis, nec inſeri poſſint in Proceſſibus tàm Ordinaria, quàm Apoſtolica auctoritate fabricandis.

Decimò. Subpromotor Fidei à Reuerendo Patre Promotore deputatus, cui onus incumbit primo loco ſpoliandi, & examinandi Proceſſus, (ex quibus pendet Beatificationum, & Canonizationum ſubſtantia) ad effectum referendi eidem Promotori, debeat huiuſmodi munus diligentiſſimè, ac cum omni rigore adimplere, ac Summaria, quæ ſolent à Procuratoribus fieri antequàm Typis mandentur, conferat cum Proceſſibus; ſubſecuta atteſtatione, quòd fuerunt per ipſum reuiſa, & in quolibet folio ſe ſubſcribat; Eandemque diligentiam conferendi cum exemplari manuſcripto iterùm faciat poſtquàm fuerint impreſſa cum iterata ſubſcriptione in fine, quam ſubſequatur ſubſcriptio, & ſigillum Secretarij, nec ante prædictas ſubſcriptiones poſſint tàm Summaria, quàm Informationes publicari, ſub grauiſſimis pœnis, tàm quoad Poſtulatores, quàm etiam quoad Impreſſorem, arbitrio Sac. Congregationis, ſeù Eminentiſsimi Cardinalis Præfecti infligendis. Idemque Subpromotor (quatenùs ipſe D. Promotor ex diligenti, & accurata reuiſione Proceſſuum, quam facere ſolet, neceſſarium, vel opportunum duxerit) teneatur aliud Summarium

marium obiectionale ad comprobationem oppoſitionum conficere, quod Sac. Congregatio plurimum expedire cognoſcit, ad hoc, vt veritas magis eluceſcat. Et pro quolibet Proceſſu ab eodem Subpromotore examinando in quolibet Dubio, perſoluatur ei ſtipendium decem ducatorum auri præſcriptum in Decretis generalibus pag. 62. cum declaratione tamen, quod reſpectu Proceſſuum authoritate Apoſtolica in ſpecie, qui pluriès ad diuerſum effectum examinari debent, dictum ſtipendium debeatur pro tribus dubijs tantùm, nempè prima vice quando diſputatur Validitas, ſecunda vice quando diſputatur de Virtutibus, ſeù de Martyrio, & cauſa Martyrij, & tertia vice quando diſputatur de Miraculis, quamuis diſputationes alicuius ex dictis dubijs pluriès reiterari contingat, ſeù eadem dubia in diuerſas inſpectiones pro faciliori reſolutione diuidantur.

Vndecimò. Et quia materiæ grauitas, & Dignitas expoſcit, vt pertractetur, & dirigatur à Viris notæ probitatis, experientiæ, & peritiæ, cenſuit Sacra Congregatio, quod ad conficiendum tàm Informationes in facto, quàm Summaria, in quibus potiſsimè conſiſtit cauſarum pondus, aſſumantur ſolum Procuratores Collegii Sacri Palatii Apoſtolici; tribuendo Poſtulatoribus libertatem eligendi ex dicto cætu quem voluerint, dummodò quilibet ex eis non poſſit eodem tempore patrocinari plures cauſas, quàm quatuor ad hoc, vt eis faciliùs operam dare poſſint, ſub pœna inhabilitatis ampliùs ſcribendi in caſum contrauentionis, & liceat Partibus in quocunque ſtatu cauſæ, rationabilitèr tamen, & præuia licentia Eminentiſſimi Ponentis mutare Procuratorem, dummodò alius in eius locum ſubrogándus ſit de eodem Collegio, & non habeat in totum plures cauſas, quàm quatuor.

Duodecimò. Aduocati verò ad ſcribendum in Iure aſſumi debeant ad libitum Poſtulatorum, dummodò ſint ex Collegio Sac. Conſiſtorialis Aulæ, vel ex duodecim aliis approbatis à Sac. Congregatione, ita tamen, vt quilibet eorum ſex tantùm cauſas patrocinari poſſit.

Decimo tertiò. Pro mercede autem prædictorum, ac etiam Notarii, Sac. Congregatio iuſſit ſeruari Taxas ab ea diligentèr reuiſas, quæ, vt omnibus innoteſcant Typis mandari debeant, & in fine Decretorum inſeri.

Digitized by Google

Decimo quartò . Cùm etiam obſeruatum fuerit ſæpè Poſtulatores dare ſcripturas Medicorum , vel Chirurgorum pro confirmatione miraculorum , & ex alia parte non fuerit ſolitum reſponderi per Peritos eiuſdem Profeſſionis.Ideò videtur neceſſarium , ad hoc , vt reſpondeatur ſecundum Artem , quod Eminentiſſimus Ponens deputet ex officio , ſecreto, ac præuio iuramento alium Medicum , vel Chirurgum celebriorum,qui reſpondeat pro veritate , ad effectum videndi , in aſſerta miracula excedant vires naturæ .

Die 15. Octobris 1678. facta per Me infraſcriptum relatione Sanctiſſimo præfatorum decretorum cum eorum integra lectura, Sanctitas Sua laudauit , & approbauit , atque ſeruari mandauit , & publicari .

Io: Baptiſta de Luca Auditor,& Secretarius Memorialium .

Locus ✝ ſigilli .

Bernardinus Caſalius Sac.Rit.Congregationis Secretarius.

Forma Iuramenti Iudicum ante inchoationem Proceſſuum.

EGo infraſcriptus tactis Sacroſanctis Euangelijs corã Me poſitis iuro,& promitto fidelitèr adimplere munus Mihi commiſſum circa fabricationem Proceſſus in Cauſa Beatificationis , & Canonizationis Serui Dei N. iuxtà formam Decretorum Sac. Congregationis Rituum , & præcipuè nouiſſimorum, quæ confirmata fuerunt à Sanctiſſimo D. N. Innocentio XI. Necnon iuro , & promitto religiosè ſeruare ſecretum , tàm de contentis in Interrogatorijs , quàm de Teſtium depoſitionibus ſuper ijſdem , & ſuper Articulis , nec de ijs loqui cum aliqua perſona , exceptis alijs Iudicibus, & Subpromotore ,ac Notario pro eodem Proceſſu deputatis , & in Curia excepto etiam Prothonotario , ſub pęna periurij , & excommunicationis latæ ſententiæ , à qua nonniſi à Summo Pontifice (excluſo

etiam

Digitized by Google

etiam maiori Pœnitentiario) præterquam in mortis articulo abſolui poſſim : Et ita promitto, & iuro; ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Idem iuramentum præſtabitur à Subpromotore, & Notario, & in Curia etiam à Prothonotario, mutatis mutandis.

Forma iuramenti Teſtium.

EGo infraſcriptus tactis Sacroſanctis Euangelijs coram Me poſitis, iuro dicere veritatem, tàm ſuper Interrogatorijs, quàm ſuper quibus examinabor, necnon ſeruare ſecretum, nec alicui penitùs reuelare, tàm contenta in ijſdem Interrogatorijs, quàm reſponſiones, ac depoſitiones à Me factas, ſub pęna periurij, & excommunicationis latæ ſententiæ, à qua nonniſi à Summo Pontifice (excluſo etiam maiori Pęnitentiario) præterquam in moris articulo abſolui poſſim : Et ita promitto, & iuro; ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Digitized by Google

TASSA

Per gl' Auuocati, e Procuratori, che patrocinano le Cauſe di Beatificatione, e Canonizatione nella Sacra Congregatione de Riti, rinouata, e ſtabilita dalla medeſima Sacra Congregatione.

1 PER lo ſpoglio vniuerſale, che ſi fà pro vna vice tantum, ſi oſſerui la Taſſa del 1658. al §.3. oue ſi dice, che non ſi poſſi dare più di ſcudi 4. per ogni centinaro di fogli di eſſo Proceſſo ridotto, cioè, che il foglio ſia di due facciate, e ciaſcheduna facciata ſia di linee 24. e la linea di ſillabe *16*.

2 Per le ſcritture ne i due ſoli dubij principali, cioè ſuper virtutibus & miraculis ſi poſſino dare ſcudi 20. per ciaſcheduna, e non più.

3 Per le riſpoſte ne i medeſimi dubij ſi poſſino dare ſc. 10. e per tutte l'altre ſcritture, che riſguardano fatica cõſiderabile in tutti gli altri dubij ſi poſſono dare ſc. 15. per ciaſcheduna ſcrittura, e non più.

4 Per le ſcritture d'introduttione delle Cauſe nuoue, e di reaſſuntione di quelle introdotte auanti li Decreti del 1642. ad effetto di ſegnarſi nell'vne, e nell'altre la Commiſſione, ſi poſſino dare ſcudi 15. e non più.

5 Per le copie originali di tutte le ſcritture ſi paghino baiocchi 15. il foglio ridotti come ſopra.

6 Per il Sommario, che ſi farà ſopra ciaſcun dubio ſi diano cinque baiocchi per carta dell'iſteſſo Sommario che ſarà fatto, ridotte le carte come ſopra.

7 Per li Memoriali di qualſiuoglia ſorte, ò grandi, ò piccioli che ſiano, non ſi diano più di giulij 12. per ciaſcheduno, eccettuate le ſcritture di reaſſuntione, ò introduttione delle Cauſe, quali ſogliono andare ſotto nome di Memoriali, per li quali s'oſſerui ciò, che s'è diſpoſto di ſopra al num. 4.

8 Per la prima copia originale tanto delli ſopradetti Sommarij, quãto de i Memoriali ſi dia ſolo baioc. 6. la carta, ridotta come ſopra.

9 Per l'Informatione in voce, quando s'informa tutta la Congregatione con l'interuento de i Conſultori non ſi diano più di ſc. 30.

trà

Digitized by Google

trà il Procuratore, e gl'Auuocati, e quando s'informa la ſola Congregatione ordinaria ſi dia la metà.

10 L'emolumento degl'Auuocati ſia di ſcudi 10. per la ſcrittura, & per l'informatione in voce ſia il medeſimo, che ſi dà a' Procuratori.

11 Per la minuta di qualſiuoglia Commiſſione non ſi pagi più di giulij 15. e per le due copie da darſi al Sig. Cardinal Ponente, & al Segretario ſi paghi à ragione di baiocchi ſei il foglio ridotto come ſopra.

12 Per l'acceſſo del Procuratore al Sig. Cardinal Ponente, & al Promotore, e per la minuta, ò copia originale del fatto concordato non ſi paghi più di giulij 12.

13 Per l'informatione in voce di Noſtro Signore, e dell' Auditore di Sua Santità, ſi diano al Procuratore ſcudi 3. moneta, & altretanti all'Auuocato, ſe informerà anch'eſſo.

14 Per le Citationi, & Intimationi non ſi paghi cos' alcuna, e per l'eſſecutione di eſſe ſi paghi à ragione della Taſſa de' Curſori.

15 Le copie dell'Oppoſitioni del Promotore, eccetto la prima originale, ſi faccino fare dalle parti, le quali fatte che ſaranno, doueranno portarle al Promotore, che ſigillate le darà alle medeſime Parti per diſtribuirle alli Signori Cardinali, Protonotario, Segretario, e Conſultori.

16 Per qualſiuoglia fatica, ò ſcrittura non eſpreſſe di ſopra s'intenda l'arbitrio de' Sig. Cardinali Prefetto della Sac. Congregatione, e Ponente della Cauſa, nè poſſino i Curiali arbitrare da ſe medeſimi.

17 E li ſudetti Ordini ſi debbano regiſtrare ne i regiſtri della Sac. Congregatione, e ſi debbano fare ſtampare, e publicare, e puntualmente oſſeruare ſotto pena di perpetua priuatione del patrocinio, e ſollecitatione delle cauſe vertenti nella detta Congregatione, e ſotto altre pene ad arbitrio della medeſima Sac. Congregatione.

A' 15. Ottobre 1678. Hauendo io infraſcritto fatto relatione della preſente Taſſa à Noſtro Signore Innocenzo XI. la Santità Sua l' hà lodata, & approuata, & hà commandato che ſi oſſerui, e ſi publichi.

Gio: Battiſta de Luca Auditore, e Segretario de Memoriali.

Luogo ✝ del Sigillo.

Bernardino Caſali Segretario della Sacra Congregatione de Riti.

ORDI-

ORDINI, E TASSA

Da oſſeruarſi dal Notaro della Sacra Congregatione de Riti, rinouati, e ſtabiliti dalla medeſima Sacra Congregatione.

1 S'Ordina, che il Notaro non faccia Regiſtri, ſe non de gl' atti giuditiarij, e non dell' eſame de Teſtimonij, ò altro, e quelli ſieno ſenza eſtenſione de termini, ò repetitioni de titoli, eccetto che nel primo atto, quali Regiſtri debbano onninamente farſi in tutte le Cauſe.

2 Che per ogni centinaio de fogli di Regiſtro ben fatto, e ſecondo la riforma della fel.me.di Paolo V. ſotto il titolo de Regiſtri, non pigli più di quattro ſcudi, nè per collationatura, nè per rubricatura, nè per qualſiuoglia altro preteſto.

3 L'inſtanze de' Prencipi, Religioni, Vniuerſità, & altri nelle Cauſe di Beatificationi, e Canonizationi dal Segretario ſi conſegnino al Notaro, il quale le regiſtri negli atti, non altrimente per extenſũ, mà indicando ſolamente il nome del Principe, ò altri che fà l'inſtanza, e la data della lettera, cioè *Pro introductione cauſæ Talis Rex ſuis litteris datis die tali &c. & talis Rex &c.* & in altra ſeparata, ò ſuſſeguente carta doppo gli atti fatti per l'introduttione della Cauſa ſcriua. *Pro cauſæ proſequutione ad effectum obtinendi litteras remiſſoriales in genere inſtant N. Rex &c.* e gli originali ſi conſeruino nell'Archiuio, nè ſe ne dia l' eſtratto de verbo ad verbum, mà ogni volta che ſarà richieſto il Notaro ne dourà dare vn Riſtretto da cauarſi dal detto Regiſtro, ò Manuale come ſopra, e per eſſe copie ſi paghi à ragione di copia, come ſi dirà al ſeguente num.4. E per la fede di eſſe ſi dieno due giulij per ciaſcuna copia, delle quali vna ſi darà all'Eminentiſs.Sig. Card.Ponente, l'altra à Monſig.Segretario, e l'altra à Monſig. Promotore della Fede.

4 Per la copia degli atti fatti in Curia, ò fuori di eſſa in forma di buon originale, non ſi paghi più di baiocchi ſette, e mezzo per foglio da tutte due le bande, e la facciata ſia di linee ventiquattro, e la linea di ſillabe ſedici, & eſſendo ſcrittura in forma di Regiſtro, ſi pa-

pa-

Digitized by Google

paghi à ragione di Regiſtro come ſopra.

5 Per la copia publica di qualſiuoglia Proceſſo tanto fatto auctoritate Ordinaria, quanto Apoſtolica, ſi paghino al Notaro baiocchi ſette, e mezzo per foglio ſolamente, ſenza alcun altro emolumento, ò mercede per detta copia, ò ſcrittura,& il foglio ſia di facciate, linee, e ſillabe, come al detto numero 4.

6 Tutti li Regiſtri, copie, e ſcritture ſi debbano fare in carta buona, e lettera intelligibile, e ſecondo la Riforma, & Ordini ſopradetti, altrimente il Notaro ſia tenuto farle copiar di nuouo ſenza altra ſpeſa.

7 Che li Proceſſi che vengono de partibus tanto fatti auctoritate Ordinaria, quanto auctoritate Apoſtolica, non ſi regiſtrino per conto alcuno, ſecondo la detta Riforma, ancorche non paſſaſſero 20. fogli, mà ſolo ſi poſſano rubricare, ſe non ſaranno rubricati, e non intieramente, nel qual caſo ſi poſſa ſolo rubricare quello che manca, e non altro.

8 Per la rubricatione di qualſiuoglia coſa,che n'habbia biſogno ridotto il Proceſſo à carte buone,conforme alla detta Riforma,oltre detti baiocchi 7.e mezzo per foglio per la ſcrittura,ſi paghino giu. li 10. per cento,e tale rubricatione debba in ſoſtanza contenere tutto quello,che contiene il corpo della ſcrittura, e venendo Proceſſo, ò altra ſcrittura rubricata de partibus, non eſſendo intieramente rubricata ſi paghi ſolaméte quello che mãca come ſi è detto

9 Per l'aſcoltatione, ò collatione de Proceſſi ogni volta che ſia continuata à ragione di ſei hore il giorno, non ſi paghi al Notaro più d'vn ſcudo il giorno,oltre gli emolumenti ſudetti, e gli aiutanti ſieno deputati dalle Parti,dalle quali ſe gli paghi quel tanto che ſarà conuenuto, e per la fede dell'aſcoltatione di tutto il Proceſſo ſi paghino giulij cinque per la prima copia ſolamente, e quando le Parti voleſſero altre copie autentiche di detti Proceſſi, oltre la prima, non poſſa il Notaro pretendere più di baiocchi cinque per foglio ridotto come ſopra, compreſoui la Rubricatura,mà oltre detti baiocchi 5.per foglio ſe gli debba la mercede della collationatura,& auſcultatione,come ſopra,e per la fede di detta auſcultatione baiocchi 25.per ciaſcuna di dette copie dupplicate.

10 Per le compulſorie ſi paghino giulij dodici, conforme preſcriue la Riforma ſudetta di Paolo V.al Tribunale dell'A.C.

11 Per

11 Per le Remiſſorie in genere anco ſuper non cultu, ſuper caſu excepto, ò altre, in oſſeruanza, & eſſecutione de decreti della Santiſſima Inquiſitione non ſi paghi più di ſcudi ſei, per quelle in ſpecie, di ſcudi dieci in tutto, compreſaui la ſcrittura, & ogn' altra coſa ſpettante alle medeme ſpeditioni. Nè per la ſcrittura dell'Interrogatorij, che ſi mandano chiuſi prenda il Notaro mercede alcuna, mà per gl'Articoli l'eccesſiuità della ſcrittura ſopra à quindeci fogli ſe gli paghi à ragione di baiocchi ſette, e mezzo il foglio, come al num. 5. & occorrendo di dette lettere darne dupplicati, non debbia il Notaro per eſſi eſigere altro che la mercede ſtabilita per la prima ſpeditione, & eſſendoui eccesſiuità di ſcrittura dell'Articoli come ſopra, debbia la detta eccesſiuità pagarſi à ragione di baiocchi 5. il foglio.

12 Per compulſa di qualſiuoglia ſcrittura fuori di Officio, per l'acceſſo, e ſeſſione di trè hore non poſſa pigliar più d'otto giulij; Per la fede in fine del Proceſſo, compulſato cinque giulij, e per la ſcrittura à ragione di baiocchi ſette, e mezzo per foglio, come al nu. 4. Dentro l'Officio per ciaſcuna ſeſſione di trè hore giulij cinque per la fede, e ſcrittura, come ſopra.

13 Douendoſi compulſare Libri ſtampati, dandoſi dalle Parti vn ſunto, ſia tenuto il Notaro inſerirlo in fine del Proceſſo, ſenza farne copia, ò regiſtro di ſorte veruna.

14 Per ogni eſame nell'Officio, ſe finiſce in vna ſeſſione ſi paghino giulij trè, ſe ci vogliono più ſeſſioni, ſin che ſi finiſce l'eſame di detto Teſtimonio, non poſſa il Notaro pretendere più di giulij due per ſeſſione, e fuori dell'Officio il doppio.

15 Per le ſurrogationi de Giudici, ò nuoui termini nelle Cauſe di Beatificationi, e Canonizationi, non ſe li paghi più di 15. giulij in tutto, per ciaſcuna ſpeditione di lettere remiſſoriali, e compulſoriali, proroghe di termini, e ſurrogationi di Giudici da farſi ſolamente per comandamento dell'Eminentiſs. Sig. Cardinali Prefetto della Sacra Congregatione, ò Ponente nelle cauſe controuerſe, non ſi paghi più di quello, che preſcriue la Riforma ſudetta al Tribunale dell'A.C.

16 Per qualſiuoglia citatione ſemplice da ſpedirſi ſolamente come ſopra, e da eſſeguirſi fuori di Roma non ſi paghi più di giulij trè, e per quelle, che ſi ſpediſcono con l'Inhibitioni in virtù delle commiſſioni giulij dieci.

17 Per

17 Per il dupplicato di qualſiuoglia ſcrittura publica, ò priuata con ſottoſcrittione, ſigillo, &c. ò ſenza, non ſi debba pagar più di cinque baiocchi per foglio.

18 Occorrendo dar altra ſcrittura, ò far altre fatiche non eſpreſſe nella preſente Taſſa,'l'emolumento ſi ſtabiliſca dall' Eminentiſs. Sig.Card.Prefetto,nè poſſa il Notaro prendere alcun' altro emolumento, ancorche concorra la medema, ò maggior ragione delle mercedi eſpreſſe.

19 Che nelli Proceſſi delle Beatificationi, e Canonizationi s'oſſerui puntualmente per le commiſsioni,remiſſorie, e compulſorie,Articoli, Interrogatorij, & altro la forma preſcritta nelli Decreti, e forma di fare detti Proceſſi publicati d'ordine della ſanta memorie d' Vrbano VIII. l'anno 1642. & hora confermati da N. Sig. coll'aggiunte, che ſi ſono fatte.

20 Che il Notaro debba ritenere il Libro receptorum, e fedelmente in eſſo notare quanto gli entra in mano de ſuoi emolumenti, ſotto pena della priuatione dell'offitio.

21 Che ſi faccino due Manuali, cioè vno de gli atti delle Cauſe di Beatificationi, e Canonizationi, e l'altro de gli atti delle cauſe controuerſe, nelli quali ſi regiſtrino tutte le comparſe, proteſte, citationi, & intimationi con le ſue intitolationi,quali reſtino ſempre nell'Offitio, nè per queſti ſi paghi coſa alcuna, e poſſano ſempre da tutti gl'intereſſati eſſer veduti, e letti gratis, & il Notaro ſia ſempre obligato moſtrarli.

22 Non poſſa il Notaro eſtrarre fuori d'Offitio gli Proceſſi originali, ò qualſiuoglia altra ſcrittura prodotta, mà debba darne copia publica, ò ſemplice ſecondo che le Parti chiederanno.

23 Per la reſtitutione di qualſiuoglia ſcrittura prodotta, dimiſſa copia, ſi diano trè giulij, e debba il Notaro far buoni due fogli, e dalli due in sù ſe li paghi à ragione di ſette baiocchi, e mezzo,come ſopra al num.4. mà ſe ſi reſtituiſcono in vna volta più ſcritture prodotte in vn ſol atto, ſi debbano ſolamente trè giulij,e di più l'ecceſſiuità della copia come ſopra.

24 Che volendo le Parti veder Proceſſi,ò qualſiuoglia altra ſcrittura originale dentro l'Offitio ſia il Notaro tenuto laſciarli vedere ſenza mercede alcuna.

25 Sappino le Parti, che nella Segretaria della Sacra Congregatione

ne

Digitized by Google

ne tutto ſi ſpediſce gratis, nè perciò debbano al Notaro per ſigillo, ſcrittura, ſottoſcrittione, ò qualunque altra coſa, che ſi faccia in Segretaria emolumento, ò mercede alcuna.

26 Che non poſſa pretendere il Notaro per viatico coſa alcuna nell' andare à leggere citationi.

27 Che il Notaro debba dare il giuramento in S. Congregatione d'oſſeruare la preſente Taſſa, & Ordini nella forma ſeguente.

Ego N. Notarius à S. Congregat. ſpecialiter deputatus in cauſis eiuſdem S. Congregationis tactis Sacroſanctis Dei Euangelijs iuro, & promitto fideliter exercere officium mihi conceſſum, & ad vnguem obſeruare ſupradictam taxam ſub pœna periurij, priuationis officij ipſo facto incurren. & reſtitutionis contra, & vltra dictam Taxam habitorum, & acceptorum, alijſque pœnis arbitrio ipſius Sacræ Congregationis.

28 Che ſi faccino ſtampare li preſenti Ordini, e Taſſa, & il Notaro debba tenerli publicamente affiſſi nell'Officio; à fin che à ciaſcuno poſſano apparire, & il tutto ſia obligato ad oſſeruare tanto nelle Cauſe di Beatificationi, e Canonizationi, quanto reſpettiuamente in quelle de Sac. Riti, ſotto le pene contenute nel detto giuramento, dandoſi facoltà di ricorrere ad ogn'vno, che ſi ſentiſſe grauato, e vedeſſe non oſſeruarſi quanto è eſpreſſo di ſopra, perche ſi prenderà prouiſione. Dato in Roma li 6. Agoſto 1678.

A' 15. Ottobre 1678. Hauendo io infraſcritto fatto relatione della ſudetta Taſſa à Noſtro Signore Innocenzo XI. con la ſua intiera lettura, la Santità Sua l'hà lodata, & approuata, & hà commandato, che ſi oſſerui, e ſi publichi.

Gio: Battiſta de Luca Auditore, e Segretario de Memoriali.

Luogo † del Sigillo.

Bernardino Caſali Segretario della Sacra Congregatione de Riti.

Digitized by Google

Digitized by Google